

**Tentamen medicum inaugurale, observationes quasdam de siphylidis [i.e. syphilidis] origine complectens ... / eruditorum examini subjcit Ynyr Burges.**

### **Contributors**

Burges, Ynyr.  
Woodforde, James  
Royal College of Surgeons of England

### **Publication/Creation**

Edinburgi : Excudebat Joannes Moir, 1823.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/b7ch3fhs>

### **Provider**

Royal College of Surgeons


### **License and attribution**

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome  
collection**

Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



To the Hon. Secy of the War

Dear Sir  
I have the honor to acknowledge the receipt of your letter of the 10th inst. in relation to the application of the 1st Lieut. of the 1st Regt. of the 1st Artillery for a commission in the 1st Regt. of the 1st Artillery.

I have the honor to inform you that the same has been forwarded to the Adjutant General's Office for their consideration.

I am, Sir, very respectfully,  
Your obedient servant,  
J. W. Wood


TENTAMEN  
INAUGURATIONES  
OBSERVATIONES  
SIPHYLIDIA  
COMPLE





*Faint handwritten text at the top of the page, possibly a library stamp or note.*

*Faint title text, likely the main title of the work.*




*Faint text block, possibly a subtitle or author information.*

*Faint text block, possibly a date or location.*

*Faint text block, possibly a publisher or printer's name.*

*Faint title text, likely the main title of the work.*

*Faint text block, possibly a date or location.*



*Faint text block, possibly a date or location.*

*Faint text block, possibly a date or location.*

*Faint text block, possibly a date or location.*

*Faint text block, possibly a date or location.*

*Faint text block, possibly a date or location.*

TENTAMEN MEDICUM  
INAUGURALE,  
OBSERVATIONES QUASDAM  
DE  
**SIPHYLIDIS ORIGINE**

COMPLECTENS :

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,

**D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.**

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI,

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET  
NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO ;

**Pro Gradu Doctoris,**

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS  
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

**YNYR BURGES,**

*ANGLUS ;*

SOC. REG. MED. EDIN. SOC. EXTR.

NECNON

PRAESES ANNUUS.

---

---

Devictam victores suos corrupisse.

FLORUS, *Lib. 5. c. 12.*

---

---

*Ka.endis Augusti, horâ locoque solitis.*

---

---

EDINBURGI :

EXCUDEBAT JOANNES MOIR.

MDCCCXXIII.



TENTAMEN MEDICUM  
INAGURALE

ORATIONES QUASDA

DE

# SIPHYLIDIS ORIGINE

COMPLETENS

ET

ANNEXIS QUIBUSDAM

SYNOPSIS HISTORICIS

D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIE EDINBURGENSIS PRÆFECTI

ORATIONE

ANTECESSIT ACADÉMIE EDINBURGENSIS ET

UNIVERSITATIS EDINBURGENSIS

PRO GRADU DOCTORIS

COMPOSITA ET PUBLICA DEFENSIO

AB ANTONIO CAMERON

PHYSICIS ET CHIRURGO

YTHYR BURGER

AVGUSTI

MDCCCXXXIII

EDINBURGI

APUD

—————

FRANCIS WILSON & CO. PRÆFECTI

PRÆF. LXXV. C. 12

—————

Et cetera de huiusmodi, sunt hæcque verba

—————

EDINBURGI

FRANCIS WILSON & CO. PRÆFECTI

MDCCCXXXIII

AVUNCULO SUO

YNYR BURGES, ARMIGERO,

REIGATE,

IN AGRO REGNORUM;

YNYR BURGES,

*S. P. D.*

Quaquam, mihi, Amice optime, timor quidam molestus incurrit, ne opus hoc fortasse amplius expectes, quod magis singulari tuae benevolentiae in me totamq. familiam adhibitae respondeat; me tamen, vetus illud dictum, quod qui cito dat duplo eum cui dat munere donat, et tua jamdudum experta benignitas, hortati sunt, ut tibi hoc munusculum, pertenuè quidem, grati vero animi testimonium dedicarem.—VALE.



REVISED EDITION

YNYN BURGES ARDIGHRO

BRIGATE

IN THE REVENUE

YNYN BURGES

& A. D.

General note, Amice spiritus, three quibus subditio inveniit  
no opus hoc hincam sapientia expectat, quod magis sapientia non  
hincam hincam in me hincam sapientia subditio inveniit; no  
hincam hincam hincam hincam, quod est hincam hincam hincam  
hincam hincam, et hincam hincam hincam hincam, hincam hincam  
at hincam hincam hincam hincam, hincam hincam hincam hincam

hincam hincam—V. 1. 1.

DEPTE TO MEDICA

FRATRI SUO,

HENRICO BURGES,

ALUMNO

COLL. SS. TRINIT. CANTABRIGIÆ:

HOC

FRATERNI AMORIS

TESTIMONIUM,

SACRUM ESSE VULT

AUCTOR.

ESTABLISHED 1850

1850

HENRICO BURGERS

PHYSICIAN

ALBANY

OFFICE OF THE PHYSICIAN

1850

PHYSICIAN

PHYSICIAN

PHYSICIAN

AUCTION



DISSERTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
SYPHILIDIS ORIGINE.

---

---

AUCTORE YNYR BURGES.

---

---

**E**XEUNTE decimo quinto saeculo, morbus novus et contagio orsus Europam invasit et per varias ejus terras mirâ cum celeritate se diffusit. Signa, quibus distinguebatur, immania fuere et foedissima; ita erat occursum difficile ut medicis eo tempore peritissimis omnino resisterat. Quod et quantas perturbationes haec adhuc ignota pestis secum attulit varii illius temporis scriptores planè demonstrant. Quorum unus ita loquitur: “ \*Anno Christi, Salvatoris nostri, 1496, efferbuit quidam mor-

---

\* Vide LAURENTIUM Phrisium. Aphrodis.

“ bus atrocissimus, irruens in homines saevo  
 “ morsu ulcerum, glandularum, et durissimo-  
 “ rum dolorum, adeo notabili cruciatu, quod  
 “ singuli videntes obstupuere. Nam incogni-  
 “ tus et invisus erat iste pestifer morbus, non  
 “ tantum vulgo, verum etiam doctis et in sa-  
 “ cra medicina eruditis. Ingruit et tam mira  
 “ tumultuatio in plebe, quod leprosi nolebant  
 “ habitare cum hoc morbo infectis; pauperes  
 “ hoc malo laborantes expellebantur ab homi-  
 “ num conversatione, tanquam purulentum  
 “ cadaver derelicti à medicis (qui se nolebant  
 “ intromittere in curam, tam speculando et  
 “ consulendo, quam visitando) habitabant in  
 “ arvis et sylvis.” Hoc etiam nitidè et lucu-  
 lenter apud FRACASTORIUM depingitur:

Ut saepe in stipulas cecidit quum fortè favilla  
 De face neglectam pastor quam liquit in arvo;  
 Illa quidem tenuis primum similisque moranti  
 In<sup>ce</sup>dit: mox ut paulatim increvit eundo  
 Tollitur, et victrix messem populatur et agros;  
 Vicinumq. nemus, flammisque sub aethera jactat:  
 Dat sonitum longe crepitans, Jovis avia Sylva,  
 Et caelum latè circum campiq. relucet.



Nunc autem cum longâ annorum experientia tum laboribus in arte medicâ facile principum, qui ad hunc morbum perscrutandum se dederunt, ita lenis factus est, et in ejus symptomatibus subinde tam dissimilis ab eo, quam scriptores decimi sexti saeculi et nuperius celeberrimus HUNTER descripserunt, ut multi velint syphilidem, omnibus mundi saeculis, sub aliquo nomine extitisse. Alii, contrâ, eum in Europam a Columbi sociis ab Americâ redeuntibus evectum fuisse, dicunt, et sub finem decimi quinti saeculi, ob aliquam causam, formam saeviolem ut nunc mitiorem tantum induisse. Hanc posteriorem sententiam esse magis verisimilem nos monstrare conabimur.

Sunt fortasse, qui me rem inutilem elegisse putabunt, quia ad exercitationem medicinae parum confert. Sed mihi videtur nec brevior nec faciliorem esse viam ad alicujus morbi veram naturam cognoscendam, quam ejus historiam et mutationes ab origine perscrutari. Et haec praecipue attinent ad hunc morbum de quo nunc disserere aggredimur. Nam satis



constat ex collatione descriptionum quae exstant inter rerum medicarum monumenta, sypphilidem, symptomata, diversâ vehementiâ et circuitus varietate, saepius mutasse.

\* Primus BECKETTUS expertus est probare Luem Veneream in Europâ ante finem decimi quinti saeculi notam esse. Quoniam illi omnes, qui ad hanc sententiam accessere, BECKETTI argumentis et auctoritatibus plerumque utuntur satis erit si nos quasdam ejus opiniones et quae ad haec respondet Doctissimus ASTRUC citemus. Primò BECKETTUS contendit Gonorrhoeam saeculis aliquot ante annum 1494, notam fuisse in Angliâ nomine Ardoris, et Anglicè, <sup>Burnsing</sup> vel "Burning," de quibus sanè mentio frequens fit ab Historicis Magnae Britanniae. Proindè, affirmat, Luem Veneream Leprae Arabensis speciem esse, qui morbus, quasi pestis teterrima ab antiquioribus describitur. Existimat autem huic opinioni suffragari cessationem Leprae, quae ex Europâ sub

---

\* Vide BECKETT, "Philos. Trans." Vol. XXX.



ingressum Luis Venereae visa est e vanescere ; unde putat posse colligere Lepram jam ignorari, quia cum Lue Venereâ confunditur, sicut ante Lues Venerea ignorabatur, quia confundebatur cum Leprâ.

\* Ad haec respondit ASTRUC inter Gonorrhaeam et Ardorem vel " Burning," multum interesse. Nonnulla enim Gonorrhaeae symptomata, et maximi quidem momenti, ut effluxus purulentus, frequens, et multa alia, in Ardoris descriptione non inveniuntur. Ad alteram partem propositi, Luem Veneream et Lepram eundem esse morbum, contendit, a medicorum veterum et recentiorum testimoniis, non naturâ modo, sed causâ et curatione illius discrepasse. Illi enim antiquiores medici, qui morbi Venerei primordia viderunt, etsi probe nossent remedia omnia, quae ad Lepram depellendam conducebant, et quae in libris medicorum Graecorum, Arabumve obvia erant, ita tamen ignoravêre, ut ipsi confitentur, curatoriam

---

\* ASTRUC de Morbis Venereis.



methodum, quae morbo de novo ingruenti competeret, ut quò se verterent diu nescii et ancipites erant. Nonne igitur, rogat *ASTRUC*, temere objicitur ab hodiernis medicis, quibus *Lepram* videre nunquam contigit, *Luem Veneream* cum *Leprâ* eundem esse, quandoquidem ex unanimi medicorum consensu, qui sub ingressum *Luis Venereae* vixêre, et quibus *Lepra* notissima tunc fuit, ex sententia igitur eorum qui utriusq. morbi signa diligenter contulerunt, satis constat maximam discrepentium inter *Lepram* et *Luem Veneream* fuisse. Demum parum caute assumitur *Lepram* in *Europâ* sub ipsum *Luis Venereae* ingressum repente evanuisse; cum contrarium liquet e certissimis medicorum monumentis, quae testantur toto saeculo decimo sexto *Lepram* in *Europâ* non raro inventam fuisse. Quum vero in hâc argumenti parte satis morati sumus, pergamus ad ea testimonia consideranda, quae, ut nobis videtur, planè probant, hunc morbum a novo in *Antiquum Orbem* a *Columbi sociis* esse invectum.



Constat Historiae monumentis novum orbem auspiciis ISABELLÆ Reginae Castiliarum et Legionis, consilio et ductu CHRISTOPHERI COLUMBI, Genuensis detectum fuisse sub finem saeculi decimi quinti. Hic cum navibus tribus vela solvit e portu mense Augusti, 1492, et appulit mense Decembris ejusdem anni ad Hispaniolam et inde rediit Marti 1493. Septembre sequente ejusdem anni vel a iterum fecit cum navibus septemdecim et plurimis nautis et aliis, et in Hispaniola reversus est Novembris, unde ineunte anno sequente, naves quatuordecem in Hispaniam remisit. Mense Aprili, 1494, BARTHOLOMÆUS COLUMBUS, CRISTOPHERI fratri Hispaniolam adiit cum navibus tribus, et sub ejusdem anni finem iisdem navibus in Hispaniam rediêre, Pater BOYL, Catalonus Monachus Benedictinus et PETRUS MARGARIT, nobilis Catalanus, qui jam Lue Venereâ graviter aegrotabat. Anno eodem, mense Augusto, quatuor aliae naves ab Hispaniâ ad Insulam Hispaniolam appulêre, duce ANTONIO de TORREZ, quae procul dubio citò quoque ad Hispaniam remissae sunt ut de



praecedentibus dictum est. Demum mense Octobri, anno 1495, JOANNES AQUADO, Regum Catholicorum Legatus navibus quatuor in Hispaniolam devictus est, ut de objectis CHRISTOPHERO criminibus auctoritate Regia inquireret ; et inde subsequente anno cum navibus duabus Gades repetiit, quo appulit mense Junii anni 1496 cum CHRISTOPHERO, et ducentis militibus, qui postremi Lue Venerea afficiebantur.

Luculentissima adsunt tum Medicorum tum Historicorum testimonia, qui primo morbi ingressui in Europam coetanei vixere, unde apertè demonstratur non modo Luem Veneream in insula Hispaniola ac caeteris vicinis endemiam fuisse ; sed etiam in Hispaniam commercio inde traductam esse ; ac demum ex eadem insula, aut ex vicinis remedia morbo quaesita fuisse, cum nulla in Europa suppeterent satis efficacia.

Inter medicos, qui possunt in testimonium harum rerum adduci, potissimi sunt ANTO-



NIUS MUSA BRASSAVOLUS, JOANNES BAPTISTA MONTANUS, et RODERICUS DIAZ.

GONSALVO FERNANDEZ de Oviedo, qui in Hispaniola ipsâ quò a Rege FERDINANDO missus erat anno 1513, ut metallorum fusioni praeesset, diu commoratus est; scripsit ibidem circa annum 1535 naturalem et generalem Historiam Indiarum. Narrat, autem, ille, in his scriptis :\* “ Morbum hunc, qui dicitur de  
“ las Buas, esse omnibus his regionibus com-  
“ munem, ideoq. placuisse miserationi divinae  
“ quod auxilium item omnibus communicetur,  
“ atque pro eo tollendo impromptu sit. Licet  
“ vero, pergat ille, Lues ista alibi etiam gras-  
“ setur et vigeat, principio tamen Christianis  
“ malum hoc cognitum, necnon experimento  
“ arboris Guaiacum appellatae curari visum in  
“ hâc insulâ Hispanâ dictâ. Apud Indos  
“ haud est adeo saevum malum, nec tantum  
“ affert discrimen, sicut in Hispania et frigi-

---

\* GONZALVO FERNANDEZ de Oviedo, apud Barcia, Historiadores Primitivos de las Indias Occidentales, Tom I.



“ dioribus climatibus sed parvo negotio hujus  
“ arboris ope incolae curantur.” Demum in-  
terjectis paucis verbis fatetur: “ In illis regio-  
“ nibus Indicis paucos esse, inquit, ex Chris-  
“ tianis admodum, qui congressum Venereum  
“ cum mulieribus indigenis experti, saevum  
“ hunc morbum effugiunt, quoniam profecto  
“ est hujus soli proprius affectus, et Indicis  
“ hisce hominibus adeo frequens, sicut alibi  
“ sunt aliae communes aegritudines.” Is etiam  
in Summario Naturalis et Generalis Historiae  
Indiarum Occidentalium, sic CAROLUM V. Im-  
peratorem et Hispaniarum regem, ejus jussu  
scribebat, alloquitur: “ Potest inquit Caesa-  
“ rea Majestas pro certo tenere hunc morbum  
“ qui in orbe nostro novus est in Insulis An-  
“ tillis, recens detectis, antiquitus familiarem  
“ fuisse, atque etiamnum ita communem esse,  
“ ut ab Hispanis ibidem contractus fuerit,  
“ quotquot fere cum Indicis muliebribus rem  
“ habere non perdicet. Inde ergo in Hispanis  
“ primum traductum fuisse a CHRISTOPHERI  
“ comitibus, qui primo vel altero itinere hinc  
“ rediere. Demum, anno 1495, cum GON-



“ SALVUS FERNANDEZ Cordubensis, magni  
“ Capitani cognomini dein notissimus, copias  
“ in Indiam trajecisset auspicio et imperio re-  
“ gum Catholicorum, FERDINANDI et ISA-  
“ BELLÆ, ut FERDINANDO secundo, Neapo-  
“ leos Regi opem ferret adversus CAROLUM,  
“ Gallorum regem, quem a capitis mole Ca-  
“ pitonem vocabant, stipendia in eo bello me-  
“ ruisse Hispanos non paucos eadem labe non  
“ inquinatos, quae Neapolitanos et Gallos con-  
“ tagione infecere ex promiscuâ cum iisdem  
“ meretricibus communionem.”

Similia sed fusius refert Auctor idem *Histo-*  
*ria Naturali et Generali earundem Indiarum,*  
quae Summario multo majore est, et decem  
post annis, hoc est anno 1535, Hispanicè  
scripta erat. Ibi testis nominatim adducit  
plurimos, eximios, oculatos, qui primis in In-  
sulam Hispaniolam navigationibus interfue-  
runt, et a quibus singula quae tradit se acce-  
pisse profitetur. Potissimum vero nititur auc-  
toritate et testimonio PETRI MARGARET, CA-  
TALANI, testis quidem ea de re maxime ido-



nei, ut qui cum CHRISTOPHERO COLUMBO secundo itinere in Hispaniolam profectus, anno 1493, inde rediit anno sequente 1494, Lue Venereâ inquinatus, quâ ipsum adhuc gravatum fuisse Auctor suspicabatur, dum scribebat, quoniam doloribus continuò angebatur. Itaque re probè cognitâ hic Auctor dissertissimè asserit Luem Veneream ab Hispaniolâ ad Hispanias, devictam esse ante annum 1495, et a militibus Hispanis qui sub GONSALVO FERNANDO stipendia meruère in Italiâ, in Gallos, et Neapolitanos venere vulgivagâ traductam fuisse. Eadem leguntur apud FRANCISCUM LOPEZ de Gomara Presbyterum Hispalensem.\*

Ex testimoniis allatis argumentum deducendum de quo vix disputari potest. Oviedo et Gomara Hispani fuère et credibile est quod voluissent aliae cuidam genti morbum tam foedum in Europam afferendi dedecus ingerere.

---

\* FRANCISCO LOPEZ de Gomara, Historia de las Indias, cap. XXIX. apud Barcia, Hist. Prim. de las Indias Occident. Tom. II.



Aliqui vero Syphilidem et morbum las Buas dictum multum interesse contendunt. Bubonum, quae maxime morbum posteriorem designant, nulla fit mentio apud antiquos scriptoris de re Venereâ. Ad hoc respondet GIRTANNERUS,\* in excerpto a MARCELLO CUMANO de hâc re scriptor ipse primus: “Ego MARCELLUS CUMANUS, infinitos Bubones causatos ex pus-  
 “lis virgae curavi.” NICOLAUS MUSSA,† Venetus, scripsit de morbo Gallico 1536. Apostema inguinum praeterea commemorat non nuperimè huic malo esse additum: “Et sequuntur (ait) apostema inguinum, quae, si suppurantur, removent aegritudinem, maximè a principio, quoniam inguina sunt emunctoria hepatis.” Hoc vero concedendum esse arbitror copiam videndi Bubones apud Syphilidis affectos non semper fuisse. Quod non mirandum, omnia enim signa quae nostri scriptores primaria appellari solent, non satis accurate a

---

\* Vide GIRTANNER. Vol. II. p 3. MARCELLUS CUMANUS scripsit anno 1495.

† Apud LUISINUM. Vol. I.



priscis auctoribus depinguntur; exinde colligere liceat, secundaria, ut apud nos dicuntur, symptomata tam cito secuta esse quod aegri internosci potuerint. Praeterea vitia Genitalium non semper inter prima signa hujus mali adfuisse videntur. Quinetiam ex unanimis testimoniis satis liquet Syphilidem quando primum in Europâ visa esset longe diversam fuisse ab aegritudine his temporibus eodem nomine designatâ. Nec obliviscendum esse censeo pestim hanc atrocissimam quando apud Canadenses ab Europaeis invecta esset novam formam induisse. Symptomata Syphilidis Canadensis clare depixit Swediaur, cujus scriptis quaedam excerpere liceat: “ Ce qu’il y a de  
“ plus remarquable dans cette maladie, c’est  
“ qu’elle attaque rarement les parties de la ge-  
“ neration, et qu’on peut la contracter sans au-  
“ cune cohabitation avec les personnes qui en  
“ sont infectus.” Ex his satis apparet, meâ quidem sententiâ, argumenta illorum, qui discrepantiae morbi Americani a Lue Europaena nituntur parum auctoritatis habere.



FRANCISCUS GUICCARDINUS, civis Florentinus, in Historiâ sui temporis, Italicè scripto, summa diligentia narrat quaecumque in Italia suo tempore contigere ab anno 1494 ad annum 1532. Is autem dicit Luem Veneriam passim Gallicam appellari et sic pergit : “ Verum aequum  
“ est hanc ignominiam e Gallico nomine re-  
“ movere nam constat hanc Luem ex Hispa-  
“ niâ in Neapolim importatam fuisse. Nec ta-  
“ men ejus gentis fuit propria, sed eò quoque  
“ ex illis Insulis allata :” R. P. JOANNES BAP-  
TISTA du Tertri ex ordine Fratrum Praedicatorum in Insulis Antillis diu commoratus est. Hic autem asseveravit. “ Harum Insularum  
“ indigenis turpem eum morbum, quasi haere-  
“ ditarium esse”—et mox addit :—“ se novis-  
“ sime certissimâ scientiâ militis Hispanos, qui  
“ cum CHRISTOPHERO COLUMBO in Hispaniam  
“ inde rediere, primo itinere, ab indigenis hunc  
“ morbum contraxisse, quem Neapolim tradux-  
“ ère, unde contagium ad Gallos propagatum  
“ fuit et hinc in universam Europam dissemi-  
“ natum :”—Nos haec pauca selegimus ex Historicis, qui de primâ Luis Venereae origine, tan-



quam de re sibi apprimè cognitâ, occultatè testimonium dicunt. Sed plurima non possumus citare ne in immensam molem crescat nostrum opusculum.

At vero ea Lues, quantumvis celeri passu propagata videatur, ab Hispaniâ, Italiâ et Galliâ, ubi prima fuère nascentis morbi incunabula ad caeteras Europae oras progressu gradario diffundebatur, atque ita in variis regionibus, quo a primaria morbi fomite remotiores erant, eò tardius saviit. Id sanè circa annum 1632, de Saxoniâ superiore etiam tum testabatur SENNERTUS, qui postquam retulit Capivacum in Italiâ e soluis Gallicae Luis curatione ultra decem et octo millia coronatorum lucratum esse ingenuè fatetur:—" Se a 34 annis, quibus  
 " Witterbergae nec benedictum divinâ sine  
 " lucro medicinam faciebat, non tot coronatos,  
 " quot Cupivacus eorum millia, lucratum esse  
 " ex hujus morbi curatione, ob eorum, qui hoc  
 " morbo laborent, hoc loco penuriam."

Caeterum, quo tempore morbosum Luis Ve-



neriae seminium ab Hispaniâ Italiam et Galliam, et hinc caetera Europae regna contagione pervadebat, eodem quoque ab Europâ in Asiae et Africae oras, quae mari Mediterraneo adjacent, contagione simili prorupisse certum est, quod geminâ viâ factum credimus.

Primo, quidam e Mahumetanorum et Judaeorum exulibus, qui temporibus illis Hispania cedere jussi sunt a FERDINANDO et ISABELLA post occupatum regnum Granatense, in Africam profugerunt, et ibi Luem Veneream secum detulerê, quam in Hispaniâ ante contraxerant. Quâ de re luculentum testem habemus JOANNEM LEONIS, Mahumetanum, Granatae natum, qui cum caeteris exul Fessum in Mauritaniâ petiit, ubi litteris Arabicis operam dedit, sed qui dein a Piratis captus et LEONI X. Pontifico Maximo, dono datus Christianam religionem amplexus est. Is autem in descriptione Africae quam Romae Arabicè scripsit, sic ait: “\* Hujus mali ne nomen

---

\* Vide GUINER, Scriptores de Morbo Gallico.



“ quidem ipsis Africanis notum erat ante ea  
 “ tempora quam Hispaniarum rex FERDINAN-  
 “ DUS Judaeos omnes, (et Mahumetanos) ex  
 “ Hispaniâ profligasset, qui ubi in patriam jam  
 “ rediissent, coeperunt miseri quidem et sce-  
 “ leratissimi Æthiopes, cum illorum muliebri-  
 “ bus habere commercium, ac sic tandem ve-  
 “ lut per manus pestis haec per totam se  
 “ sparsit regionem ita ut vix sit familia, quae  
 “ ab hoc malo remansit libera. Id autem sibi  
 “ firmissimè atque indubitatè persuaserunt  
 “ ex Hispania ad illos transmigrasse, quamob-  
 “ rem et illi morbo ab Hispaniâ malum His-  
 “ panicum (ne nomine destitueretur) indider-  
 “ unt. Tuneti vero, quemadmodum et per  
 “ totam Italiam Morbus Gallicus dicitur ;  
 “ Idem nomen in Ægypto et Syriâ adscribi-  
 “ tur, unde male imprecantis proverbium te  
 “ morbus malè perdat Gallicus.”

Deinde, vero, mercatores nautaeque qui ab  
 Italiae, Galliae, aut Hispaniae portibus ad  
 Asiae aut Africae portus, merces quotidie utrò  
 citroque convehebant, mercem pessimam, Luem



Veneream scilicet, unà simul convexêre, quae dein ab oris mari Mediterranei proximis ad interiores tractus sensim traducta fuit. Sed neque hic substitit contagies ab Europaeis diffusa, sed latius disseminata irrepsit in remotissimas Asiae plagas, iteratisque navigationibus ad Indias Orientales penetravit.

Sed ab aliis objicitur Hispanos, qui COLUMBUM comitati sunt, propter eorum paucitatem minimè ad morbum tam latè ac celeriter spargendum sufficere. Mira enim velocitate per totam Europam Syphilis est progressa. Verum profectò si ad ea quibus crevit morbus respiciamus, mirari desinemus. Tunc temporis, nullius contagii timor concubitum promiscuum inhibuit; morbus quoque ut ab innumeris testimoniis patet, adeò vehemens fuit, ut mille modis praeter coitum communicaretur. Hic vero rem supra commemoratum adjiciamus.

Ex his omnibus satis apparet illos viros qui novum orbem primum adiêre, Luem Ve-



neream abhinc reportasse. Restat ut pauca argumenta adducamus quae probent hunc morbum tum primum in Europam inductum fuisse et nullum talem inter antiquos extitisse. E silentio medicorum, qui ab HIPPOCRATIS aevo, hoc est a primis medicinae incunabulis apud Graecos Romanosque floruêre, et in quorum scriptis ne verbum quidem legere est quod hoc morbo possit ulla ratione congruere: e silentio etiam Historicorum veterum, qui neminem morbo ex Venere contracto affectum fuisse memorant, licet vaga supra et flagitia plurima imperatorum, regum et aliorum passim referunt, credibile est nullum morbum Syphilide similem inter suos coaetaneos observatum fuisse. Demum e silentio poetarum argumentum validissimum deducendum arbitramur. ANNE putandum est, ut HORATIUS, PERSIUS, JUVENALIS, qui tam obscena saepe proferunt, qui tot convitia, tot impudicitias passim congerunt, aut CATULLUM et MARTIALEM, qui de rebus Venereis tot dicteria in omnes jaciunt, in hâc unâ re modestiam solum servassent et cum de levioribus et rariori-



bus morbis multa habent, hunc immanissimum et communissimum affectum quasi e compacto siluissent? Nequaquam profecto: Sed inde colligendum est, Syphilidem quae posteriorum aetate viguit, incognitum fuisse priorum aevo, qui alioquin nunquam abstinere potuissent a prurigine multa in libidinoso jocandi, tum de naturâ, tum de causâ morbi quem nequitiis sibi comparavissent.

Quamobrem mihi satis videtur, Luem Veneream in Europam a COLUMBI sociis ab America redeuntibus illatam fuisse, et haec opinio non conjecturis aut indiciis longe quaesitis sed historiarum fide manifestissime liquet. Talis erat etiam sententia doctissimi ROBERTSON, qui conatum Doctoris SANCHEZ ad contrariam opinionem probandum diligentissimè perscrutaverat. Sic enim facunde ille disertus historicus. "One dreadful malady, the severest scourge, with which, in this life, offended

---

\* Vide ROBERTSON's History of America, Book IV. p. 544-5, and Note.



“ Heaven chastens the indulgence of criminal  
“ desire, seems to have been peculiar to the  
“ Americans. By communicating it to their  
“ conquerors, they have not only amply aveng-  
“ ed their own wrongs, but, by adding this ca-  
“ lamity to those which formerly embittered  
“ human life, they have, perhaps, more than  
“ counterbalanced all the benefits which Eu-  
“ rope has derived from the discovery of the  
“ New World. This distemper, from the  
“ country in which it first raged, or from the  
“ people by whom it is supposed to have been  
“ spread over Europe, has been sometimes cal-  
“ led the Neapolitan, sometimes the French  
“ disease. At its first appearance, the infec-  
“ tion was so malignant, its symptoms so vio-  
“ lent, its operation so rapid and fatal, as to  
“ baffle all the efforts of medical skill. Asto-  
“ nishment and terror accompanied this un-  
“ known affliction in its progress, and men be-  
“ gan to dread the extinction of the human  
“ race by such a cruel visitation. Experience,  
“ and the ingenuity of Physicians, gradually  
“ discovered remedies of such virtue as to cure



“ or mitigate the evil. During the course of  
“ two centuries and a half, its virulence seems  
“ to have abated considerably. At length, in  
“ the same manner with the leprosy, which  
“ raged in Europe for some centuries, it may  
“ waste its force and disappear, and, in some  
“ happier age, this western infection, like that  
“ from the East, may be known only by des-  
“ cription.”

Sunt multi medici nostri temporis, qui quamvis negant Syphilidem inter antiquos notum fuisse, volunt tamen quosdam morbos ei similes semper extitisse. Sed mihi videtur hujus morbi symptomata, vel iis similia, licet singulatim se monstravissent, nunquam in ullo regulari cursu apparuisse, ut in Syphilide vel in morbis Syphiloideis. Et haec satis apparent e descriptione morborum genitalium quam CELSUS suppeditavit. Quamvis enim apud illum nos de ulceribus has partes afficientibus multa invenimus, haec tamen omnia e causis ordinariis originem ducere opinor. Quare morbos, quos nostri medici Syphiloideos vocant,

Syphilidis reliquias esse statuo. Et haec opinio eo facilius credenda est, quia natura Syphilidis semper valdè mutabilis est, et indies se mitiorem exhibet.

Quae cum ita sint, nulla apud me dubitatio relinquatur, forsàn apud alios idem affirmari ausim, Syphilidem in America Australi esse ortam, et inde velut a fonte quodam derivatam in regiones populumque Europae defluxisse. Restat vero ut erroribus quos humana natura parum cavit veniam rogem, et quae hoc brevi opusculo argumenta adduci neglexi, ea ingenii potius culpâ quam laboris et diligentiae inopia ommissa velim censi.

FINIS.





